

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

- 1 Occurrebat posse reperiri non invidos solum, quibus referta sunt omnia, sed fautores
2 etiam mearum laudum, qui non censerent eius viri esse, de cuius meritis tanta senatus
3 iudicia fecisset comprobante populo Romano, quanta de nullo, de artificio dicendi
 litteris
4 tam multa mandare. quibus si nihil aliud responderem nisi me M. Bruto negare roganti
5 noluisse, iusta esset excusatio, cum et amicissimo et praestantissimo viro et recta et
6 honestam petenti satis facere voluissem. sed si profiterer - quod utinam possem! - me
7 studiosis decendi praecepta et quasi vias quae ad eloquentiam ferrent traditurum, quis
8 tandem id iustus rerum existimator reprehenderet? nam quis umquam dubitavit, quin in
9 re publica nostra primas eloquentia tenuerit semper urbanis pacatisque rebus, secundas
10 iuris scientia? cum in altera gratiae, gloriae, praesidii plurimum esset, in altera
11 persecutionum cautionumque praeceptio; quae quidem ipsa auxilium ab eloquentia
12 saepe peteret, ea vero repugnante vix suas regiones finesque defenderet. cur igitur ius
13 civile docere semper pulchrum fuit hominumque clarissimorum discipulis floruerunt
14 domus: ad dicendum si quis acuatur aut adiuvetur in eo iuventutem, vituperetur? nam si
15 vitiosum est dicere ornate, pellatur omnino e civitate eloquentia; sin ea non modo eos
16 ornat, penes quos est, sed etiam universam rem publicam: cur aut discere turpe est quod
17 scire honestum est, aut quod nosse pulcherrimum est id non gloriosum docere? 'at
18 alterum factitatum est, alterum novum.' fateor; sed utriusque rei causa est. alteros enim
19 respondentes audire sat erat, ut ii qui docerent nullum sibi ad eam rem tempus ipsi
20 seponerent, sed eodem tempore et discentibus satis facerent et consulentibus; - alteri
21 cum domesticum tempus in cognoscendis componendisque causis, forense in agendis,
22 reliquum in se ipsis reficiendis omne consumerent, quem habebant instituendi aut
 docendi
23 locum? atque haud scio an plerique nostrorum oratorum ingenio plus valuerint quam
24 doctrina; itaque illi dicere melius quam praecipere, nos contra fortasse possumus. 'at
25 dignitatem docere non habet.' certe, si quasi in ludo; sed si monendo, si cohortando,
26 si percontando, si communicando, si inter dum etiam una legendo audiendo: nescio cur
27 non docendo etiam aliquid aliquando possis melius facere.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Nennen Sie die wichtigsten Argumentationspunkte des Textes und skizzieren Sie deren

geistesgeschichtlichen Hintergrund und literargeschichtliche Auswirkungen.

2. Charakterisieren Sie den Cicero-Stil anhand von Beispielen und Belegen.